LECTIO III.

Joseph prædestinatus fuit cum Maria per modum unius.

Eximium Suarez, videtur, velle demonstrare nostram propositionem, aducens majores interpretationes dicens: Joseph et Mariam fuisse inter quos vixit Jesus, id est, lilia absque macula, quoniam in lilia puritas symbolizatur. Sequentem hanc opinionem non peccamus dantes quia nulla repugnat dogmate, et quia ita facientes damus magnam gloriam S. Josepho et omni Sacrae Familiae, supponens ut est nobis, optimas qualitates in uno suorum membrorum et dispositiones, ut in S. Josepho, et quia demeritum et imperfectio partis redundat ad totum, ut laceria unius membrorum omnes affectent, judico ergo, nos ut certam habere debemus praedestinationem ejus una cum Maria verificatam; et per consequens, ut omnibus devotis S. Josephi nobis est obligatio, considerandi illum conceptum absque macula, enim haec ipsa praerrogativa in honore Jesus redundat et Mariae membri Sacrae Familiae, cujus fuit, humane, S. Joseph praefectus et quem ambo obediebant.

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Magnus est profectus noster immaculatus Joseph.*Et sicut sol lucet in perpetuas æternitates. ℣ Superando omnes natura, confugio, officio, dignitate, et obsequio. Et....

—DIA 8 DE NOVIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Inter beatam Virginem et Josephum intercesserit verum et proprium matrimonium.—*Cart.*—Tanquam de fide catholica tenendum est verum matrimonium intercessisse inter Mariam et Josephum, et cum illud negant aliqui patres, loquuntur de matrimonio consummato.--*Cart.*—B. Virginem ex speciali instintu Spiritus Sancti agnovisse, Josephum nullum prorsus ejus virginitati documentum fore allaturum.—*D. Thom*—Sanctus Joseph annulum porrexit beatae Virgini: hic autem annulus beatae Virgini a Sancto Joseph datus Perusiae Italiae civitate, in Ecclesia Sancti Laurentiae magna veneratione asservatur.—*Baronio.*—Noster divinus Joseph in celebratione matrimonii cum Virgine Maria tunc juvenem fuisse certum est.— *Viguerio.*—Habitabit juvenis cum Virgine, ut Joseph cum Maria.—*Viguerio.*—Civitas Nazareth fuit patria Joseph, in qua ipse non solum natus et nutritus fuit, sed etiam habitavit.—*Cart.*—Certum et Joseph filius esse Jacobi, quia Jacob genuit Joseph: Heli fuisse patrem Josephi sed non naturalem, sed legalem tantum.—*Cart.*—Joseph quod incrementum interpretatur, egregie concinit vitae illius integritati.—*Cart.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Joseph qui accepit Puerum et Matrem ejus.* Et eos ab omni periculo liberabit. ℣ Idem profecto pietatis officium in nostros filios suos libentissime exercebit. Et....

LECTIO II.

Secundum Jesum et Mariam sic Jesephum.

Neque defuerunt per consequens D. S. Josephum adversarii et ejus glorias, qui malitia et studio, conantur destruere altam dignitatem, sublimati a Deo N. D. ut accidit ipsae Sanctae Ecclesiae ipso Jesui et immaculatae Virgini Mariae. Impugnata fuit Eclesia in suis dogmatibus, institutionibus, in Apostolis ejus a principio, ab ipsa cunabula christianis mi. Jesus Christus persequutus fuit, et innumerabiles habet inimicos, qui decepti in contemplatione vanitatum terrae hujus, transeuntium terribilem gerunt bellam eum. Et quis immemor est quantis calamis scriptorum magni momenti fuit opugnata, viriliter, fortiter et studiose immacula SS. Mariae conceptio? Nihil enim habemus quid diffidere; sed cogitare nos esse in via usitata et consueta Divinæ Providentiæ in altis et inaccecibilibus designis tractantes prærrogativas illustrissimi S. Josephi, persequtiones. enim et contrarietates nobis demonstrant, viam illam pœnæ, laborum et crucis, esse qua sequuti fuerunt adversus Ecclesiam, adversus Mariam et adversus Josephum. Et hæc ipsa oppositio et contraditio nos facit praesumere, quod in dispositionibus divinis accedet tempus, in quo S. Joseph cognoscatur necesse est, ut debet cognosci cum illo dono, quod propter suam majorem perfectionem relate ad omnes coeteros sanctos debet habere, id est, absque originali peccato.

Nos hæc sublimia, &c.

℟. Deo gratias.

℟ Noster divinus Joseph fuit immaculatus.*Habuit excellenter plenitudinem Christi modo participative. ℣ Habuitque singulariter plenitudinem suae Sponsae Mariae. Habuit....

LECTIO III.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ de qua natus est Jesus.

Potuit Deus facere genealogiam Christi per SS. Mariam; sed oportuit divinae ejus majestati facere D. S. Josephi, omne enim Deus facit convenientieri et oportune: et si omnia consideramus biblica loca habentia cum nostro Sancto relationem, statim observabimus ut in omnibus significat nobis D. noster S. Josephi dignitetem ut membrum Sacræ Familiæ. Ex præsente texto dicere possumus: Deus non genealogiam Virginis designavit, ergo sufficiens visum fuit illi enarrare Patris virginalis, illam, D. S. Josephi. In "Génesis" refert nos S. Scriptura Adam genealogiam, proles ejus, id est, Patris primi omnis humanitatis et primi terræ habitatores; quæ genealogia per Abraham, Moyses, Reges Israelis, husque ad David, et Sancto Rege Propheta husque ad Sanctum Josephum, Patrem Christi.

Nos hæc sublimia, &c.

℟. Deo gratias.

℟ Conceptio Josephi in gratia.*Utinam habenda esse pio de fide aut pio dogmata fidei. ℣ Nos vero tantum asserimus immaculatam suam conceptionem esse de numero opinabilium. Utinam....

—DIA 9 DE NOVIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quomodo potest cogitare mens discreta, quod Spitus Sanctus tanta unione uniret mente tantae vir-

ginis aliquam animam, nisi ei virtutum operationem simillimam?—*S. Bernard.*—Sicut Maria ab Æterno prævisa fuit in Matrem filii sui, ita et Joseph in nutritium et custodem Christi.—*Ekio.*—Nec ovum ovo similius, ac Joseph Mariae in moribus et virtubus.—*Justinus Micho.*—Videtur quod in hoc sacratissimo matrimonio, divina inspiratione facta, fuerit omnis simillitudo possibilis inter Sponsam et Sponsum suum sibi ab Æterno deputatum et præparatum.—*Bernard. de B.*—Joseph fuit inter omnes homines puros similis Virgini gloriosae.—*Gers.* —Maria desponsata est benignissimo Justo, ac sapientissimo totius Trinitatis concilio cum Josepho. —*Lauspergio.*—Oh conjugium Josephi cum Maria cœleste non terrenum.—*Rup.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Si noster divinus Joseph non fuisset revera.* Omnium creaturarum humilimus. ℣ Numquam utique factus fuisset universarum omnium altissimus. Omnium....

LECTIO II.

Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ de qua natus est Jesus.

In omnibus descendentibus Adam, sequens genealogiam a S. Scriptura descripta videmus et adnotamus eos pertinere ad legem naturalem. Incipit ab Adam Pater primus omnium, cui per suum peccatum prorsus fuit Redemptorem, qui erit principium et fundamentum legis gratiae, et sicut in Adam cognoscamus dignitatem, primus essendi homo humanitatis origo, et quapropter in aliquid omnibus superior, ita in Sancto nostro Josepho, ut Pater putativus, matrimonialis et virginalis Christi, debemus videre lucis gratiae primum Patrem; fuit enim Pater Christi, origo hujuscanodi gratiae legis, de qua tantas humanitas reportat gratias et prosperitates. Et videre debemus S. Josephum tanto magis perfectum, tanto magis dignum et magnum ante Deum, relata ad ipsum Adam, quanto Adam fuit Pater generationis, primus loquens spiritualiter locatus in lege symbolorum et figurarum, cum S. Joseph fuit lucis realitatis, id est in gratiae lege. Collocatus fuit Joseph inter ambas leges ut dicit eximius Dr. Suarez, fuit lapidem angularem, qui fecit utraque unum. Et in ordine locatus sui generis relate ad humanitatem. Alia vero, ait sunt ministeria quae attingunt ordinem unionis hypostaticae, et in hoc ordine intelligo institutum esse ministerium Sancti Josephi, et ex hac parte excedere reliquas tamquam in superiore ordine existens. Quum sit ergo juxta mentem et sensum Doctoris sapientis exclusa S. Joseph a generalitate, et constituto in hyostatica ordine, specialis solum Sacrae Familiae.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Noster divinus Joseph praestitutum est.*Non peccaret nec mortaliter, nec venialiter. ℣ Sed semper et pro semper quod perfectissimum foret mirabiliter. Non....

LECTIO III.

Per ordinem hypostaticum fuit divinus Joseph immaculatus.

Tres possumus inferre conclusiones ex magna veritate asserente Josephum pertinere ad ordinem hypostaticae unionis. 1ª Josephum S. constitutum

esse in loco superiore omnibus coeteris hominibus, et de illo, intelligi non debet quod loquitur Evangelium de Sancto Joanne B. Nemo surrexit &.... 2ª Josephum Sanctum pertinuisse cum S. Familia ad ordinem hypostaticum in quo locata fuit ipsa Sacra Familia, et 3ª Ut sicut Christus fuit immaculatus per unionem ad divinitatem, Maria fuit quia ex Sacra Familia et unita cum Christo. Et consequenter D. S. Joseph fuit etiam quia fuit ex Sacra Familia et unitus Mariae ut Sponsus, et Christo ut legalis Pater et virginalis qui fuit D. S. Joseph, quamvis in inferiori gradu quam Maria. Indubium est ergo quod possumus D. S. Josepho tribuere gratiam suae immaculatae conceptionis, quoniam ut nullus sanctus meruit pertinere ad ordinem hypostaticum, magis esse unitus cum ipso Chtisto et Maria, et quia debuit esse similior illis, et participare suis gratiis et sublimissimis donis.

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ In Christo Domino non fuit fomes peccati.* In Maria et Joseph fomes peccati perfecte instinctus etiam fecit. ℣ Ut almi Parentes Christi essent. In Maria....

—DIA 10 DE NOVIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Beatissima Virgo ac dilectissimus ejus Sponsus Joseph persimiles fueret.—*Cart.*—Uterque, Maria et Joseph, non solum Virgo sed et martyr extiteret, non alio carnifice illos cruciante, quam ipso Christo Domino.—*Cart.*—Cum esset Justus Joseph, consequens est, cor ejus gravissimo doloris vulnere, fuisse ac ulceratum et tanquam patientissimus vir viriliter presserit.—*Cart.*—Joseph ab Sponsae suae consortio, ob eximiam dignitatem Matris Dei se eo indignum arbitrans sequestrare volebat, et quia fulgor divinitatis Christi in facie ejus irradiabat, ingentem dolerem ei ingerit.—*Cart.*—Cogitationem volens ecculte dimittere eam, quoddam singulare martyrii genus revera fuisse.—*Cart.*—Ob quamcumque causam voluerit Joseph uxorem suam Mariam dimittere, cogitatio illa non potuit non esse ei grave martyrii genus.—*Cart.*—Si pretiosa est mors sanctorum ejus, non potuit non pretiosissima, et divinis fulgoribus clarissima esse mors nostri Josephi, cum Christi et Mariæ, veluti solis et lunæ irradiantibus splendoribus fuerit illustrata.—*Cart.*

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Joseph custos, et protector, est magistrorum et tutorum.*Pueros educantium et christianis moribus educantium. ℣ Ipse enim hoc fecit.—Pueros educantium....

LECTIO II.

Erat Jesus subditus Josepho.

Cornelius Alapis interrogans; cur elegit Deus genealogiam D. S. Josephi et non Mariæ? Respondet 1°, quia erat mos inter judæos signare originem per patrem et non per matrem; et 2°, quia S. Joseph a David, procedebat, et Jesus erat filius Mariæ et hæc Domina procedebat a S. Propheta Rege; et consequenter, Jesus erat procedens a D. S. Josepho.

Imperium Judæ non solum per succetionem sed hæreditate pertinebat D. S. Josepho, et per S. Josephum ad Christum pervenit. Si filii hæredant de Patre, quamvis fama et publica existimatio habeat eos ut tales, Christus de Josepho hæredavit Patre suo, quia filius erat mulieris suae. Unde concludimus, ait idem Alapis, quod sicut Jesus habebat omnia filii jura et ob hoc jus ad regnum Juda, post mortem S. Josephi hic sanctus habebat erga Christum omnia jura Patris, eodem modo S. Joseph fuit magis Pater quam pater adoptans, quia adoptans est solus Pater adoptans et Joseph fuit verus Pater matrimonialis Christi: ex hinc sequitur, quod habuit auctoritatem erga Christum ut Pater; et per consequens habuit illi maximum affectum, curam et sollicitudinem, et reciprose Christus illum tractavit ut ad Patrem amavit cum et honoravit et obedivit illum.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Almi parentes Christi fomite ab instante suae conceptionis carere debuerunt.*Propter honorem Christi. ℣ Ut ex virgineo matrimonio purissimum ejus corpus sine ullo fomite aut vitio formaretur.—Propter....

LECTIO III

Jesus et Maria subditi fuerunt Josepho.

Gerson perpenders illud: subitus illis, ait ad hoc. Subjectio haec, sicut indecibilem signat humilitatem in Christo, etiam incomparabilem dignitatem D. S. Josephi et Mariæ. Christus proprie ad familiam Josephi pertinuit, quia pertinuit ad Matris familiam, et Mater, id est Maria ad Josephi familiam

pertinuit, legitimus ejus maritus. S. Joseph fuit maritus Mariæ et Pater Christi, ergo fuit ille superior et caput, tam virginis quam Christi, humane, ut homo. Oh Josephi majestas, ait Gerson! Oh incomparabilis dignitas! non indigne judicavit Mater Dei, cœli Regina, mundi Domina, nominare te, Dominum suum. Nunc enim quis non judicat repugnare Christi dignitati et Mariæ, per superiorem hebere et caput, humane, esse unum maculatum a peccato orignali, et hoc inimicum ibiquando Dei D. N? Sanctus, ait Alapis. Si post B. Virginem illud alicui alteri ex initio recencitis dedit, Sancto Josepho non negare videtur.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Quod recta ratio naturalis tamquam honorifice suadit.*Almis parentibus Christi tribuendum est. ℣ Atque id suas fuisse Deum erga divinos parentes ejus. Almi....

—DIA 11 DE NOVIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Joseph præmonitus fuit ab angelo de morte sua, deinde Archangelum Michaelem sibi adesse postulavit, nec non et angelum custodem alacri cultu eidem comparere.—*Cart.*—Joseph alloquutus est Christum Dominum qui morti ejus adfuit, dulcissimis verbis verum Deum illum confitens et Salvatorem mundi. —*Cart.*—Retulit etiam Christus se ad caput lecti Joseph sedisse cum Maria Matre sua illum consolantes, et manus ejus tenentes, et post mortem, oculos

ejus propriis manibus clausisse.—*Cart.*—Jesus Josephum benedixit, benedictionem suam pollicitus daturum eis, qui in die obitus Sancti Josephi sacrificium Deo in ejus honorem obtulissent: addiditque vigesimi die Julii obiisse.—*Cart.*—Sepulcrum Josephi juxtam sepulcrum Jacobi patris sui fuisse.—*Cart.*—Terque, quaterque felix Joseph qui certus ac persuasus erat, fore ut brevi ex illo obscuro educeretur carcere et assumptus in cœlum.—*Cart.*—Sanctus Joseph resurrexit gloriosus ad vitam immortalem inter eos qui cum Christo resurrexerunt.—*Cart.*—In anima et corpore Sanctus Joseph in cœlis gloriosus est.—*Cart.*

Nos hæc sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Non dubium quim beatus Joseph diligat nos *Auxilium suum liberalissime præstet. ℣ Et ideo a nobis omnibus Josephinis est devote et assidue invocandus. Auxilium suum....

LECTIO II.

Et vocabis nomen ejus Jesum.

Dominus Deus noster nihil frustra facit; sed omne fine determinato; quæ cum ita sint interrogare possumus: Cor Deus revelavit D. S Josepho nomen quod impositurum erat fructo Maria esset Jesus? Tostatus in sua quaestio 59, ait, quod Patri pertinebat imponere filio nomen antequam Matri. Unde deducere possumus, quod Deus voluit nobis significare S. Josephi dignitatem, in Sacra Familia et quod cum illa formabat eadem rem, fruens gratiis, perfectioni et sanctitatis extra ordinarias ad fungendum officium talem in illa Sacra Familia, differente omnium familiarum per suam cathegoriam. Ergo S.

Joseph debuit habere in hoc singulare et altiore perfectionem distinctam coeterornm hominum, efformantium familiam aut partem familiae inferioris, familiae Josephi. Alias offendere erit justitiae divinae, supponere quod vocat aliquod esse ad fungendum aliquod officium extraordinarium absque perfectione et gratiis specialibus quæ necessariae sunt, et si S. Josephum vocavit ad fungendum officium quod nullus habuit mortal neque habebit, ratio supponet justitiam divinam dedisse gratiam singularem, quam nullus habuit neque habebit, et quæ debuit esse principalis terminus; immaculatam conceptionem.

Nos haec sublimia, &c.

℞ Deo gratias.

℞ Deus potuit et decuit illum praeservare corpus Matris suae et Patris sui post mortem *Ergo id fecit. ℣ Quia ambo erant immaculati ab initio sui esse et suae conceptionis. Ergo....

LECTIO III.

Et vocabis nomen ejus Jesum.

Hoc, confirmatum videtur, cum Evangelii facto referente ad Zacharias. Illi Deus revelavit nomen esse Joanni et solus sponsa ejus scivit hoc, S. Elizabet, eum scripsit. Potest supponi ita fuisse quia erat Sacerdos et Propheta dignitas altior, et sufficiens fuit ut unus tantum revelationem habuisset, quod inferre facit nos, ut si per minus imperfectam non communicatum fuit S. Elizabet nomen Baptista aut quia necessarium non erat; si fuit in S. Josepho necessarium ut revelaretur nomen Jesus, qui cum Maria simillitudo et magna sua dignitas in Sacra Familia ita requirebant, notans breve, quod dignitas et perfectio D. S. Josephi fuit tanto altior, illae S. Za-

chariae, quanto huic revelatum fuit nomen unius mortalis et Nostro Sancto nomen Dei humani.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Mensura privilegiorum et donorum almorum parentum Christi.*Est omnipotentia Dei. ℣ Ergo ab initio fuerunt immaculati et fomitem peccati habuerunt extinctum. Est....

—DIA 12 DE NOVIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ex omnibus infero Josephum, sicut sanctitate in Ecclesia militante, ita et gloriæ in triumphanti omnes sanctos præcellere.—*Cart.*—Joseph et Maria dignitate et paterno munere erga Christum, et mutuo etiam amore inter se fuerunt conjunctissimi, dum vitam mortalem agerint; ita ad æternam felicitatem translati, beatitudine et gloria propinquissimos esse decebat.—*Cart.*—Joseph qui Christum Dominum supremum omnium prophetarum millies in domum sua suscepit, non potuit non ejus præmium omnium sanctorum esse supremum.—*Cart.*—In cœlesti curia duo honoratiora sunt loca, unus dexteræ tuæ, alter sinistræ: dexteram Mater, sinistram Pater accipiat.—*Cart.*—Jam ab Æterno loca illa dexteræ et sinistræ, immutabili Dei decreto, Mariæ ac Josepho a Deo Patre destinata erant.—*Cart.*—Josephus vidit Jesum recens natum, vidit infantem, vidit puerum, vidit juvenem, immo et per triginta annos manus ejus contrectaverunt Verbum vitæ.—*Cart.*—Joseph magnum sollicitudinem adhibuit ut Christus

quem fabrili suo labore, ac sudore vultus sui alebat. —*Cart.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Sanctissimus Joseph est Protector egentium orphanorum et expositorum infantium.*Quos a suis parentibus miserrime fuerunt derelicti. ℣ Ipse vero suscipit omnes ut tenerimus Pater. Quos....

LECTIO II.

Et vocabis nomen ejus Jesum.

Et plus S. Joseph pertinuit ad familiam superiorem S. Zachariae, per quod, dicit auctor Tostatus, oportuit ut tam Mariae quam Josepho indicaretur nomen Jesus quia erat familia non simlis et æqualis; sed superior S. Zachariæ. Animadvertendum est, hic non de simplice familia agebatur, ante societatem hominum mortalium, quia tunc, proximae S. Zacharias et Maria, inter se disputarent conditiones æqualitatis; sed hic agitur superioritatem dandi Jesu, Mariæ et Josepho, in omne in quo relatio intercedit referens ad sensum spiritualem animae et perfectionem et sanctitatem.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Immaculata Virgo Maria atque immaculatus virgo Joseph.*Numquam commisserunt peccatum actuale. ℣ Nec etiam ullam imperfectionem habuerunt. Numquam....

LECTIO III.

Et vocabis nomen ejus Jesum.

Angelus anuntiat Josepho, ut puero nascituro imponat nomen Jesus. Et vocabis nomen ejus Jesum. Ad Patrem pertinebat imponere nomen, hoc nobis

demonstrat altam S. Josephi dignitatem in illa familia, videns in conducta quam Deus servat, quomodo tam Josephum quam Mariam participes facit dispositionum ejus perfectionis similitudinem in Sponsis ambobus, constitutis ut Parentes sui filii et qui per perfectionem et æqualitatis conditiones merebant æqualitatem in cœlestis favoribus. Symbolice matrimonium Virginis Mariae et Josephi, fuit imago SS. Trinitatis Joseph, ut ait Alapide, repraesentabat Æternum Patrem, Maria Spiritum S. quia erat Sanctissima et quia per Spiritum S. conceperat, et Jesus, seipsum repraesentabat, ut Dei Filius, sicut in SS. Trinitate unum in essentia habemus, et in personis tres, ita una est Sacra Familia, et tres sunt personae quibus constat et coalescit.

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Almi parentes Christi per sanctissimum uniti matrimonium fuerunt * Quod Pater dilexit, Filius inhavitavit et Spiritus Sanctus concupivit. ℣ Joseph Sanctissimus sed santior Maria fuit etiam ab initio. Quod....

—DIA 13 DE NOVIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Oh miranda prorsus Joseph sublimitas! oh dignitas incomparabilis! quod Mater Dei regina coeli et Domina mundi, appellare te Dominum non indignum putaverit.—*Ger.*—Divus Joseph divinae voluntatis obsequentissimus semper extitit, et divinae legis regulae toto tempore vitae suae adamussim se

conformavit, ideo etiam merito Evangelista illum justum vocavit.—*Cart.*—Justus igitur per anthonomasiam Joseph fuit, et justus est per essentiam Jesus, filius Mariae.—*Cart.*—Sanctitatis splendorem effulgentem post Christi conceptionem in integerrimae Virginis vultu in admirationem Josephum rapuisse; et tanquam indignum ab ejus consortio se voluisse sequestrare.—*Viguer.*—Ideo illam dimittere volo, quia ex Spiritu Sancto concepit; non enim cum ea cohabitare audeo, quæ tantæ dignitatis et sanctitatis est.—*Cart.*—Ne timeas, accipere eam in conjugem tuam, ob hanc causam quia, quod natum est de ea de Spiritu Sancto est; sed cognosce in hac re necessariam esse operam tuam ut Dei Patris officia exhibeas.—*Cart.*—Vir caput est mulieris, immo caput erat totius illius Sacrae Familiae: instar probatus, subditos sibi habens Christum et Mariam, hinc est quod angelica revelatio fit illi, non ejus uxori. —*Cart.*

Nos hæc sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Divinus Joseph est destitutorum omnium auxiliator et Pater.*Sub qua ratione mundi Salvator vocari. ℣ Et hac de causa omnium hominum nuncupari justissime potest et debet. Sub....

LECTIO II.

Divinus Joseph cum Maria per modum unius prædestinatus fuit.

Fuit ergo hæc Sacra Familia ut quodam coelum in terra, habens melius angelicum corpus quam hominis, seu melius loquens symbolice, divinae personae, quapropter ipse ait Alapide: erat illud sicut cœlum. Ergo si tantas in honore D. Josephi dici possunt

prærrogativas, si tales erant, et ejus missio erat tam elevata et sublimis, et illae solus Mariae erat similis, cur sicut Maria non conceptionem absque peccato haberet? ad quid Deus vocabat eum ad sublimissimum mysterium, ad intimam cum spiritibus angelicis communicationem et quod magis est ad Sacrae Familiae essendum Patriarcha, et vixit, ut dicit Alapide, angelorum vitam, coelum in terra si ille superior et Pater illius coeli esset maculatus et corruptus a peccato? Perspecta Dei benignitas, propter amorem his factis manifestum ad S. Josephum ratio nequit dubitare quod dederit ei altas gratias, dona sublimiora et dona solus Mariae similia, et possumus recte credere quod a peccato originali Deus illum excusavit.

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Electi fuerunt ut de eis particularissime dici possit *Ego dixi Dei estis, et filii excelsi omnes. ℣ Joseph divinus fuit, sed divinior Maria etiam fuit initio sui esse. Ego....

LECTIO III.

Virginem desponsatam viro, cui nomen —erat Joseph.—

Vere Maria Virgo, D. Joseph Sponsa fuit. Nemo dubitare potest certitudine matrimonii Mariae cum S. Josepho et quamvis vere est quod in superioribus christianorum temporibus et in ejus primis diebus, aliqui celebres scriptores judicarunt ut in Verbi incarnatione tempore solus erant in Maria et Josepho sponsalia ut Verbis futuri matrimonii, amplexas judicium hoc S. Hilarius S. Basilius et Origenes, qui nobiscum substiniunt, cum aliis minores auctoritate

et non magno pretio hanc opinionem, tamen nos, quia D. S. Josephi matrimonium est tam sublimi momenti, et specialiter sancti sanctitatem significat, perfectionem ejus, simillitudinem ad Mariam et consequenter dona similia et gratias quas libenter Dominus eis concesit, quod in ecclesiasticis scriptoribus invenitur exponemus, ad propositionem nostram confirmare, et quod deducere possimus ex ipsa Sacra Scriptura videntes et semper praeoculis habentes celeberrimos et certiores interpretes.

Nos haec sublimia, &c.

℟ Deo gratias.

℟ Almis parentibus Christi tribuentur divina nomina *Divinus Joseph divinis donis ornatur. ℣ Sed divina Maria majora illa accepit quia in sole posuit tabernaculum suum. Divinus....

—DIA 14 DE NOVIEMBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Veritas nominis mansit in Virgine Maria.—*Jacob de V.*—Nec cedebat in injuriam, et in dedecus Domini, quod filius putaretur Joseph, cujus sanctitas cunctis esset conspicua.—*Georg. Bar.*—Quo signo, quove miraculo de divina ipsius electione constiterit, hic tacendum esse arbitramur.—*Card. Cam.*—Quia caput erat Joseph.—*Rup.*—Hyerosolimis factam virginis et Josephi desponsationem.—*Canisius.*—Tu Virgo Maria capite isto Josepho indignam te judicasti.—*Rup.*—Vidi Jerusalem novam, id est, Virginem Mariam, quasi Sponsam ornatam viro suo Josepho.—*Canisius.*—Beatissima Virgo Maria fuit in mundo, sed cognita soli Deo et Josepho.—*S. Brin.*